LVIII HIERONIMUS AD OCEANUM DE MORTE FABIOLE

Plures anni sunt quod
sup dormitione blesillae pau
lam uenerabilem faeminam
recenti adhuc uulnere consolatus sum.
quartae aetatis circulus uoluitur ex quo
ad heliodorum epm nepotiani scribens
epitaphiu quidquid habere uirium
potui in illo tunc dolore consumpsi;
Unde hoc ferme biennium pammachio
meo de subita peregrinatione paulinae
breuē epistolā dedi. Erubescens ad di
sertissimū uirum plura loqui & ei sua
ingerere ne non tam consolari
eum uiderer quam stulta iactantia
docere pfectum; Nunc mihi fili oceane
uolenti & ultro adpetenti debitū munus
inponis quod pnouitate uirtutū ueterē
materia faciat (nouā), Illic enim uel paratus
affectus uel meror auunculi uel desi
deriū mariti temperandū fuit & pro
diuersitate psonarū diuersa describ
turis adhibere medicamina;
In psentiarum tradis mihi fabiolā lau
dem xpianorū miraculū gentiliū luc
tū pauperū solaciū monachorum;
Quicquid primū arripuero sequentiū com
paratione uilescit; Ieiuniū pdicem sed
peualescunt elimosinae; humilitatē
laudem sed maior ē ardor fidei;
Dicam adpetitas sordes & in condēna
tione uestiū sericarū plebeiū cultum &
seruilia indumenta quaesita; plus ē
animū deposuisse quā cultū; Diffici
lius arrogantia quā auro caremus &
gemmis; Hic enim abiectis interdum
gloriosis tumemus sordib; & uendibi
lem paupertatē popularibus offerimus;
Celata uirtus & in conscientiae secreto
dm solum iudicē respicit;
Unde mihi nouis efferenda pconiis & ordine
rethorum ptermisso tota de conuer
sionis ac poenitentiae incunabilis ad
sumenda; Alius forsitan scolae me
mor quintū maximū unus qui nobis
cunctando restituit rempublicā &
totam fabiorum gentem pferret in
medium. Diceret pugnas describeret
plia & per tantae nobilitatis gradus
fabiolam uenisse iactaret ut quod
in uirga n poterat in radicib; demons
traret; Ego diuersorii bethlemitici
& psepis dominici amator in quo uir
go puerpera dm fudit infantem;
Ancilla xpi n de nobilitate ueteris his
toriae sed de aecclesiae nobilitate p
ducam; Et quia statim in principio
quasi scopulus quidam & pcella ob
trectatorū ei obponitur quod secun
dū sortita matrimonium prius reliquerit
Non laudabo conuersam nisi reā absol
uero; Tanta prior maritus uitia ha
buisse narratur ut ne scortorū qui
dē & uile mancipiū ea sustinere possit;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · BLB Badische Landes-Bibliothek · HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0325